Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



te cottidie. V. Vindica domine sanguinem
sanctorum tuorum qui effusus est. Quia.
A. Sanctis qui in terra sunt eius In. II. N.
mirificauit omnes uoluntates meas inter
illos. P. Conserua me. A. Hec est genera
tio querentium dominum querentium fa
ciem dei iacob. P. Dni est tra. A. Letamini
in domino et exultate iusti et gloriamini
omnes recti corde. P. Beati quorum. A. Clama
uerunt iusti et dominus exauduit eos.
P. Benedicam dno. A. Beati quos elegisti dne
habitabunt in atriis tuis. P. Te decet. A. Vin
dica domine sanguinem sanctorum tuorum
qui effusus est. P. Ds uenerunt. V. Iusti autem.
Vno tempore xpo sua redduntur:
dum eius laudes illi ab infantibus
referuntur. Diximus de laude infan
tum: quid de lactantium laudibus
proferemus. quorum laudem inuenire non
possumus. nisi eos ipsos qui laudauerint
nouerimus. Qui sint. ubi sint. quam
laudem intulerint quero. qui loqui
non nouerant. R. Cantabant sancti can
ticum nouum ante sedem dei et agni et re
sonabat terra in uoces eorum. V. Sub thro
no dei omnes sancti clamabant uindica
sanguinem nostrum deus noster. Et re
sonabat.
Non enim etas illa pote
rat nosse quod natura non dederat: aut
celebrari a talibus poterat quod institu
cio denegabat. Dicunt dno laudes
trucidati ab herode lactantes. locun
tur sanguine. quod lingua non possunt.

passione canunt. quod sermone non pos
sunt: occisi predicant. quod uiui non potant.
R. Ambulabunt mecum in albis quoniam
digni sunt et non delebo nomina eorum
de libro uite. V. Hii sunt qui cum mulieribus
non sunt coinquinati uirgines enim sunt.
Nec nouum quod dicitur. Et non delebo.
ut innocens sanguis aut dno referat
laudes. aut suas indicet passiones:
cum sanguis abel clamet ad dnm.
aut occisorum anime ab altari uocife
rentur ad dnm. Contulit martyrium
laudem. quibus negauerat natura ser
monem: licuit sanguine loqui. quibus
lingua non licuit. miscent cum dno collo
quia. quibus humana negata sunt uer
ba. R. Isti sunt sancti qui non inquinaue
runt uestimenta sua ambulabunt me
cum in albis quia digni sunt. V. Hi sunt
qui cum mulieribus non sunt coinquinati
uirgines enim sunt. Ambulabunt.
Sed enim occisis innocentibus illis.
impleta sunt uerba prophetie dicen
tis. Vox in rama audita est fletus
et plorationis rachelis flentis fili
os suos: et noluit consolari quia
non sunt. Rachelem primo esse ec
clesie esse personam nemo qui ab
nuat: nemo qui aliud contra
ueritatem defendat. Sed duo in illa
diuersa conspicio: fletus et con
temptus consolationis. R. Hi
sunt qui cum mulieribus non sunt coin